

Vita Lodouici Morbioli.

AD INNOCENTIVMOCTAVVM PON:  
tificem Maximū Cultissimi viri Baptiste mantua  
ni Carmelite. Theologi. De vita diu LODOVI  
cimorbioli Bononi. Carmen.



Axime pontificum: triplicem  
qui fronte coronam

Et duo sacrata qui geris ars  
ma manu.

Nostra tuis impar meritis fa-  
cundia: nondum

Ausa est in laudes soluere vela tuas.

Crescat vt: interea quedam leuiora canemus:

Parua leuem faciunt ad grauiora viam.

Vadat vt audaci spatiofa per equora cursu:

Discit in exiguo currere cymba lacu.

Non igitur preclara tuę primordia dicam

Gentis : & excelium nobilitate genus.

Non patriæ innumeras dotes: que sufficit vna:

Classe sua toto bella mouere freto.

Bella mouere freto: partosq; referre triumphos.

Tam valideremos tractat: & arma lygur.

Adria: & adriaci meminerūt littora ponti:

Qui grauis a lygurum venerit yrbe furor.

Baptistē Mantuani Carmelite

Cum Genue miles terram populatus:& æquor:  
Oppressit venetos obsidione lares.  
Prætero ingenuos mores:mentemq; benignā:  
Aureaq; ægroto munera missa mihi.  
Munera quę vires instaurauere caducas:  
Et quibus in longos it mea vita dies.  
Omne refrigerium terre solet imber aduertæ:  
Ferre:sub ardenti cum iacet ægra cane.  
Tale dedit nobis fuluo pīscator in auro:  
Qui trahit ex alto retia plena mari.  
Dona laborantem:rapidoq; in vortice tollit  
In placidos portus restituere ratem.  
Prætero summū terre:cœliq; fauorem:  
Et data virtuti præmia tanta tuæ.  
Tu regis æternis immensum legibus orbein:  
Et premis equali colla superba iugo.  
Sancta procul positi subcunt tua limina reges:  
Et pedibus figunt oscula prona tuis.  
Nec tamen in tanto tibi mens inflatur honore:  
Sed velitur placida mitis habēna manu.  
Hec & plura suis olim memoranda diebus:  
Nunc fileant cythare languida fila mce.  
Nunc lege:quę tenui resides excudimus orsu  
Carmina:cœlestis de pietate yki.

Vita Lodouici Morbioli

De pietate viri:cuius mirabilis ardor  
Rettulit in prisca tempora nostra decus.  
Ipsius illustrat presentia secula virtus:  
Etleuat ex imo tempora nostra loco.  
Occiderat nostro diuin' reuerentia seculo:  
Nullaq; diuinis gratia rebus erat.  
Pro pietate dolus:pro religione libido  
Venerat:ex toto fugerat orbe fides.  
Numina ridebant homines:vanumq; putabant  
Vota dare auctori religiosa suo.  
Istelycaonios mores in pallida mittens  
Tartara:virtutes in sua regna tulit.  
Qualis in Habramo pietas:vel qualis in ipso  
Pectore sacrifici Melchysedecis erat.  
Talis in hoc dum vixit erat:fcelus omne subegit.  
Victor:honestatis protulit omne genus.  
Huic erat humanum superans patientia morem:  
Qualis in antiquæ semine gentis erat.  
Qualis in egypti patribus:qui rura colebant  
Inuia:& ardenti marmora cocta die.  
Nomen erat sacro ductum Lodouicus ab amne  
Mystica cum tenerum diluit vnda caput.  
Morbiolus vero priscae cognomine gentis  
Dicitur:hac omnis cognita voce domus.

Baptistę Mantuani Carmelitę

Protulit: & teneris puerum nutriuit ab annis:

Et natale solum felsina docta fuit.

Felsina dicta fuit sermone bononia prisca:

Metropolis tuscæ dum regionis erat.

Flammínios tractus boi tenuere coloni:

Ex quibus hæc vrbi nomina facta ferunt.

Prisca noui casus mutare vocabula possunt:

Et fieri nouitas a nouitate solet.

Tunitium nunc est: Byrsam dixere priores.

Vrbs noua nunc: olim Parthenopea fuit.

Moenia quæ veteri fuerant Bizantia voce:

Inclita romani nomina regis habent.

Gen's huius nec clara fuit: nec nominis expers:

De medio vrbanae sanguine plebis erat.

Non robusta nimis: sed nec sine robore membra.

Non nimis assurgens: nec brue corpus erat.

Forma decens hoi: coma mēto: & vertice nigra:

Crispaq; cæsaries: oraq; fusca parum.

Iste suæ nuper felicia tempora vitæ

Clausit: & ad coeli limina fecit iter.

Vltima seruuit studijs melioribus ætas:

Immundas habuit prima iuventa manus.

Nanq; venenosi sensit contagia mundi;

Et vadalethæ pene subiuit aquæ.

Felsina

Vrbium  
nomina  
mutata

Constati  
nopolis

Vita Lédonici Morbioli

Prima malis oritur circundata moribus ætas:

Inicns  
ætas

Et mouet in mentes plutima bella nouias.

Sordet: & est ingens scelerum sentina iuuentus:

Nec patitur frenos: nec iuga ferre potest.

Ipsa potest toti tenebras inducere vitæ

Et vitijs canos commaculare suis.

Est fera: nec leges: nec publica iura veretur

Sequit: & indomiti more superbit equi.

Est igitur primum duris arcenda lupatis:

Atq; graui semper sollicitanda nietu.

Nefrat in præcepis hominē: subigenda flagellis:

Excrucienda siti: conficienda fame.

Adde q; humanum rabies temeraria Ditis:

Fallit inaudita calliditate genus.

Hic iuuat inferni riuos ostendere fontis:

Qui stygis in mundum fluntina nigra ferunt.

Ambitiosus homos: & opes: & foeda voluptas:

Vitiæ  
ceti  
pitales

Hec tria pro trino numine mundus habet.

Hæ sunt præcipites furæ: quibus vtitur ardens.

Orcus: & in terram feminat omne scelus

Hic rapuit misero saphiram cū coniuge vortex:

Terraq; mendaces condidit vna duos.

Hec obscura pluim mersit dauida vorago:

Hinc Salomon præcepit iuit in omne nefas

gg iij

Baptistę Mātuani Carmelitę

Absalon elati furijs agitatus honoris:

Flebile de querua fronde pependit onus.

Hęc pariunt rixas : rabidis fora litibus armant:

Hęc acuunt acri martia bella sono.

Hęc adigunt duros hominem tentare labores:

Et maris:& terrae sollicitare solum.

Huc humana suos vertit prudentia sensus:

Huc homines curas:& sua vota ferunt.

Te quoqz certarunt hi tres Lodouicetyranni

Perdere:& in stygios pręcipitare lacus.

Sunt maris:& terrae diuīsa pericula nobis:

Quemqz suę syrtes & sua scylla manet.

Iliciis virides lucris pessundedit annos:

Et vigil iniustas accumulauit opes.

Fingere:fraudari:fictos componere vultus

Doctus:& incautos illaqueare pedes.

Qualiter hyberno lupus insidiatur ouili:

Ad tepidum matris dum cubat agnus latus.

Taliter ad nummos hic inuigilabat :& istud

Eximia dignum laude putabat opus.

Mercurij tales memorant sub sydere nasci:

Versutos:duplices:fœdifragosqz viros.

Callidus ad merces fuit:ingeniosus ad aurum:

Nec minus in yeneris gaudia pronus erat.

Vita Lodouici Morbioli

Talibus insidiis clausus langebat:& istis

Artibus ingenium se iuuenile dedit:

Affuit indulgens summi clementia patris:

Et stygio lapsum traxit ab amne pedem:

Sæua virū cæco febris circuū dedit æstu:

Intimaqz inuasit feruidus loffa calor.

Procubuit lecto:gemitus: lamentaqz surgunt:

Et trepidant alto saucia corda metu.

Arida lingua sitim patitur:suspirat anhelum

Pectus:& alternis vocibus ora gemunt.

Morte premi:venisse putat sua fata:diemqz

Funeris:& vitæ tempora summa suę.

Vertitur ad superos:& numina sancta precatur

Votaqz dat. Res est religiosa timor.

Sic quoqz Franciscus tenebras pallētis auerni

Fugit:& ex tali raptus in astra modo.

Sunt qui blandiciis:sunt qui terrore vocentur:

Et tamen hos omnes spiritus vnum agit.

Blandiciis simon:flaminiis & fulgere Paulus:

Qui fuit ex acri fulmine pulsus equo.

Aegra caro prodest animo: defuncta reuixit

Mentis ab ægroto corpore nata salus.

Mens oculos in se vertens sua vulnera vidit:

Erubuit:sordes ingemuitqz suas.

Frācis.

Baptistę Mantuanī Carmelite

Aetheream pulsa vidi calliginelucem:  
Et noua de cœli splenduit arce dies.  
Mox furor est extinctus opū:deleta voluptas  
Noxia:mundani pulsus honoris amor.  
Ars hominem diuina nouū formauit vt ipse  
Ad veras patrię nos aminaret opes.  
Effet vt ignauos homines:qui posset ab orco  
Flectere:ad æternę limina sancta domus.  
Huius vt exemplo posset recipiscere demens  
Felsina:& errori ponere frena suo.  
Felsina quæ rixis:& fuso sanguine semper  
Sordet:& æterna scditione fremit.  
Felsina qnæ turg t fastu distenta superbo:  
Felsina auariciæ:luxuriæq; parens.  
Hictib; monstrauit sanctę compendia vitæ:  
Atq; breue ad cœlos insinuauit iter.  
**Albertus** Sic deus albertū drepano concessit:vt omnis  
Insula per monitus iret:& acta senis.  
Illum magnus Eryx:illum lilybæus honorat:  
Et yada messani libera facta maris.  
Sed mihi nunc effet plectro meliore sonandū:  
Nam modo virtutis singula facta canam.  
Hæcerat horoo res extollenda cothurno:  
Nec fuit imparibus cōmemoranda modis.

Vita Lodouici Morbiolt

Cum prius extincto cœpit recipiscere mundo.  
In piceam vertit tegmina prima togam  
Nec color artis erat:fed vellere natus in ipso:  
Qualia Carmelus tegmina verus habet.  
Post aliquot cœpit tunicis albentib; annos  
Vestiri:& cultu pauperiore tegi.  
Sed neq; mox abiit summā virtutis in arcē:  
In loca maturo se tulit alta gradu.  
Vt maiora potens sumebat robora virtus:  
Sic magis in corpus durus:& asper erat.  
Arbor vt ex ima radice valentior exit:  
Durior est cortex:asperiorq; liber.  
Hæc duo cœcebant:pariter surgebat in horas  
Corporis asperitas cum probitate simul.  
Sicut vbi æquæ vitis coniungitur vmo:  
Vtracq; certatim tollit in astra caput.  
Ipse decembrales brumas:& frigora inani  
In rudibus pannis:simplicibusq; tulit.  
Calce tulit nudo gclidi graue sydus aquarī:  
Frigore concretis cum padus albet aquis.  
Calce lutum nudo:glaciēq; ferebat:& imbræ:  
Tergaq; saxosi puluerulenta soli.  
Forsitan obiicies nudis incedere plantis:  
Qui meroes habitant:æthiopūq; domos.

Baptiste Mantuanus Carmelite

Et qua Nilus agros pingui foecundat arena:

Qui nigro pluias a garamante veluit.

Qua vetus extruxit babylonia semiramis urbe:

Tigris vbi armenias in mare voluit aquas.

Scimus: & hoc illis placidi clementia cœli

Dona locis fecit: temperiemq; dedit.

Illic perpetuo vestitur gramine tellus:

Semper & assidui munera veris habet.

Semper alunt arabes redolentia cinnama capi

Semper habet felix pingua thura solum.

Humida semper habet tepide sua balsama valles

Semper habet violas: lilia semper humus.

Illic rura vides nullis albere pruinis:

Ferre licet nudos illa per arua pedes.

Nostra nimis gelida regio declinat ad arcton:

Terraq; sub sterili languet adusta gelu.

Nos nimium flatu Boreas infestat acuto:

Et vincut scythicas frigora nostra niues.

Vidim<sup>9</sup> astricto rapidissima flumina tergo

Ferre viros longis plenaq; plausta viis.

Pertulit aestiuos nudato vertice soles:

Atq; caloriferæ morbida signa canis.

Vestibus attritis inopes circundabat armos:

Qui prius ardenti murice clarus erat.

Vita Lodouici Morbioli

Impexi capiti crines: impexaque barba:

Oraque neglectæ rusticitatis erant.

Expulit argenti zonam splendore nitentem:

Funis in immunda forte repertus humo.

Coniuge deserta viridi cui nups erat æuo:

Duxit ad extremum tempora casta dicim

Et quia non est fas gratis dimittere nuptam:

Plerique hoc illi non licuisse volunt.

Sed scelus est homini: scelus hoc pingere sancto:

Nam quæcumque fuit causa: pudica fuit.

Sedibus incertis errans aliena subibat

Tecta: sibi propriam non tulit esse domum.

Urbe vagus: tandem lupari intra limina Pauli

Fecit: in obscuro vilia claustra loco.

Nec domus ampla fuit: veru breuis: atra: latensq;

Mansio: & in media vix adeunda dic.

Legerat hoc: veteris mores imitat<sup>9</sup> Alexi:

Hospitium pallens: multiformemq; casam.

Moesta sepulturæ fuit hec pallentis imago:

Sic potuit fati flebilis esse memor.

Sic potuit multos animi compescere motus:

Et stimulos tali debilitare modo.

Hac refecare solent sancti mala gramina falce:

Et ninis ardentes mortificare focos.

Baptiste Matuani Carmelite

Lectus humus: vel strata solo sarmienta: vel asper  
Durus: & ad nudam pallida dura cutem.  
Sternebat fragilem stipulam: cū molle grabatū  
Dcibilibus membris posceret egra caro.  
Sic cum sanus erat: sic cum languore cubabat:  
Vita fuit paulum deliciofa: scelus.  
Ceruical non mollis anas: non plumicus anser:  
Non dedit exuto velle et tonsa pecus.  
Sed lapis: aut rigida cōuulsus ab arbore trucus:  
Ne premeret segni membra quiete sopor.  
Longa fames macie tenues affecerat artus:  
Crispabatq; cauam pallida ruga cutem.  
Nette fames centem caperent obsonia lingua  
Ibat in appositas multa fauilla dapes.  
Neue putes solitum lautis accumbere mensis:  
Altius hēc repetam: lucidiusq; canam.  
Pinguibus abstinuit: nec viscera contigit ore:  
Ne fieret menti sediciofa caro.  
Panis: poma: nuces: hortensia gramina raro  
Cocta: cibus lustris ista fuere tribus.  
Gramina si coxit nunq; tamien vnxit oliuo:  
Nulla dedit ventri gaudia: nulla gulæ.  
Squammiferum forsan voluit si mandere pisces  
Torruit ardenti prandia parca foco.

Vita Lodouici Morbioli

Victus erat: qualem mundo primæua recenti  
Terra dedit: salso non yitiata mari.  
Anteratem Noes: & fluctus antem marinos  
Q; iuga fatales ferret in alta liquor.  
Tunc erat agresti simplex sub cespite vita:  
In lare sumoso: pauperibusq; casis.  
Tunc gula parcebat gregibus: secura cubabat  
Turtur: & insidias non metuebat aper.  
Si pecus occiderat senio: moriue luporum  
Forsan: & audaci si fera capta manu.  
Tergore direpto nudatis viscera costis  
Dilanianda feris: alibusq; dabant.  
Pellibus hisfutos velabant corporis artus:  
Massagetas contra bystoniaq; niues.  
Nulla peregrino rutilabat muric clana:  
Nam neq; tingendi velleris usus erat.  
Vestis erat: qualis pecori color ante fuisset:  
Pastor erat gregibus concolor ipse suis.  
Carica: iuglandes: communia pabula: mensa  
Diuitibus priscis: lactea massa faui.  
Nunc autem rapidi diffusa licentia ventris:

Victus  
priscus

In gulâ

Gramen: auem: pecudes: deuorat atq; feras.  
Non mare: non tellus satis est: inuaditur aer:  
Predaq; victrici sunt elementa gulæ.

Baptistē Mātuani Carmelitē.

Crescit aqualiculus: pingues lemargia vultus

Pingit: & ad ventris pabula semper hiat.

Hinc venus: & veneris proles: & inertia surgit:

Mens hebet: ars dorinit: ingeniumq; labat.

Sed ne forte suo nimium de calle recedat:

Deserat excusus versa carina vagos.

Summa fuit genio fraudes inferre voluptas:

Et parco veneres extenuare cibo.

Pocula flumen erat/liquido vel flumine baccus

Debilis: & cyatho frigida vina breui.

Terra est omnipotens : fit inutilis equore bacchus

Propterea nautis præda: iocusq; fuit.

Noctibus in lachrymas oculos : in verbera pedes

Soluit: & admissi criminis vltor erat.

Corde graues christi poenas voluebar amaro:

Membraq; crudeli dilacerata manu.

Vincula: & innocuo currentes sanguine riuos:

Vulnera: & in sacrum spicula fixa caput.

Imbre graues oculos : humetem cede colunam:

Et madidam fluidi rore cruoris humum.

Captus imaginibus numen conceperat istis:

Plenaq; diuinæ pectora lucis erant.

Pro misericordiæ erat: pro paupere questor:

Diuitijs inopes sepe iuuabat inops.

Vita Lindouici Morbioli

Languida ne fessam sopirent ocia mentem:

Sculpebat facili candida signa manu.

Effigies albo sacras signabat in osse:

Cœlestes imitans mente: manuq; viros.

Offibus illorum vultus: sibi reddere mores

Doctus : in officio sanctus vtroq; labor.

Neleuis incautam tentaret gloria mentem:

Suspectum armato milite clausit iter.

Namq; ea virtutum surgit de semine pestis:

Fœtus vt e pingui noxius exit humo.

Sæpius in vanas transit vindemia frondes,

In lolium segetes degenerare solent.

In vitium nisi sit virtus abscondita: transit:

Et spoliat mentes gloria vana pias.

Ipfa suis igitur metuens hunc frugibus imbre:

Inuenit facilem sedula cura' modū.

Nammodo per vulgus pando vectatus asello:

Ibat: & yrbanæ fabula plebis erat.

Vimine nunc dupliç cōpressus acumina lingue:

Per fora cōmunis publica risus erat.

Nunc in vincia manus mittēs: ad colla capistrū:

Effigies capti vera latronis erat.

Sæpe suos hostes bonus hoc stratagema miles:

Vicit: & ex pugna sepe riduit ouans.

Baptiste Mantuani Carmelitę  
Artibus his curas legi subdebat inanes:  
Ista rebellantis vincula carnis erant.  
Dignior est qui se :q; qui fortissima vincit  
Oppida: nec virtus altius ire potest.  
Est hominū natura ferox & dura: leonum  
Impetus est leuior: tigridis ira minor.  
**Herculis** Centauros: hydram: lapithas: neineq; leonē:  
**laborcs** Caccum: & gerionen æripidemq; teram.  
Phlegreos: Ericem: volucres: & amazona fortē:  
Anthicum: hesperides œbaliosq; lares.  
Et geminos angues: Acheloia cornua: Troiam  
Alcides domuit: tergeminiq; canem:  
Omnia qui domuit veneri seruunt: & iræ.  
Pertulit hoc nullo vicitus ab hoste iugū.  
Discite quos dicit per sordida lustra Cupido:  
Quos vaga per prauum semita flexit iter.  
Discite quas leges honor: & quæ glora voluptas  
Poscat. ad iniustas quod medicamen opes.  
Vertite per gressus hominis vestigia sancti:  
Vos feret in mores orbita sancta pios.  
Hec mala prosperitas grandē latura procellā:  
Dicit ad ignoti stagna vadosa freti.  
Flectite vela citi: loca iam male tuta videntur:  
Excitat iratos Scylla propinqua canes.

Vita Lodouici Morbioli.  
Sancta per hunc sacri crevit reuerentia cultus  
Et pietas miro floruit aucta modo.  
Nāq; salutiferi corpus venerabile Christi:  
Exigua vetuit religione coli.  
Candida solenni celebrentur vt orgia ritu:  
Instituit tædas: multiplicesq; focos.  
Ardentes statuit lichnos altaria circum:  
Vt sacer accenso luceat igne locus.  
**Lux de**  
**cet dcum**  
Summa dei claram poscit fibi gloria lucem:  
Flamma deo debet: coelitusq; dari.  
Sicut enim tristi nox est æterna sub orco:  
Perpetuam cœli sic habet aula diem.  
Taliter immensos superum testamur honores:  
Nec minimum lux est religionis opus.  
Ardentes pedibus nudis orabat ad aras:  
Ipsa premens nudo marmora nuda pede:  
Interea tremulo torpebant frigore membra:  
Et sensim penetrans ibat in ossa rigor.  
Feruida diuino virtus accensa calore:  
Durabat nullo diminuenda gelu.  
Illecebras vite molles deus odit. olympi  
Clausa voluptati desidiaeq; domus.  
Sicut in ardenti phœnix se collocat igne:  
Vt reparet vite tempora longa suæ:  
hh

Baptistē Mantuani Carmelite

Sic meditans longos cœli lōdouicus honores:  
Omnē laboriferū spōntē subiuit opus.  
Nec tamen exemplo: verū sermone vocabat  
Ad superum turbas limina sancta rudes.  
Vndiq; vicinas studuit docimēta per vrbes  
Spargere: & extīctam vituificare fidem.  
Id mutinæ pubes meminit: lepidiq; propinquā  
Mœnia: & agrestes culta per arua casæ.  
Et noua quæ niucis albet ferraria muris:  
Et senior vitreo mantua cincta lacu.  
Romanis aquilæ ducibus vexilla: sed isti  
Christus in albenti sindone pictus erat.  
Hoc insigne manu per rura ferebat & vrbes:  
Sola docens magni castra sequenda dei.  
Discite quas curas: quantos conceperat ignes:  
Quantus in accenso pectore feruor erat.  
Quo studio: quali Christū retinebat amore:  
Sancta fides animo robora quanta dabat.  
Artibus hīs animos resides: & surda mouebat  
Pectora: & ad cœli numina calcar erat.  
Et melior nolens aliis: maiorye putari:  
Sepe aliquod finxit desipientis opus.  
Namq; sacerdotum factos ambiuit honores:  
Et tumido fastu se simulauit agi.

Vita Lodouici Morbioli

Non tamen austerae summo de culmine vitæ  
Decidit: angustum continuatit iter.  
Iamq; instare videns supremæ tempora vitæ:  
Lætus ad æternas corda leuabat opes.  
Cantat: & ingratos vitæ finire labores  
Gestit: vt ad mortis limina venit olor.  
Præmia conspiciens longi sudoris arator:  
Gaudet frugiferæ messis adesse diem.  
Sicalacris nostro fugiens Lōdouicus ab orbe:  
Id sibi iucundum significauit iter.  
Anxia corda premens vitæ iam limina morbus  
Cœperat: & fato callis apertus erat.  
Cum domus ægrottam miserans tellure iacētem:  
Membra dedit molliam moribunda thoro.  
Non potuit plumbas: nec linea stragula ferre:  
Sed reptans gelidam corpore pressit innatum.  
Corpus ait terra est: humili date corpora terræ.  
In sua felici mens cat astra pede.  
Post facros fidei ritus de more peractos:  
Mens abiit putri dissociata luto.  
Febris: & exiliens late de naribus humor  
Sanguineus: mœstæ causa fuere necis.  
Extinctum tumulo solenni funere corpus  
Redditur: & celebri condita busta loco.  
libri

Baptiste Matuani Carmelite

Singula tractant: nulla ratione tacendum:  
Quod propriam multo viderat ante necem.  
Vidit: & ante nouem dixit sua funera menses:  
Et sibi supremam non procul esse diem.  
Mens pia subsidium medicæ sibi noluit artis:  
More Agathies soli fidere docta deo.  
Frigus & hibernum tolerat sine crinibus imbre:  
Arbor: & exuto corpore nuda tremit.  
Ast ubi clausa tepens per rura fauonius intrat:  
Incipit albenti lux urare coma.  
Humida per ligni graciles alimonia venas:  
Serpit: & imbibitus suscitat ossa calor.  
Purpurcum miscet frondis cum flore decorum:  
Et parit ornatus multicoloris opes.  
Taliter hic iacuit plures inglorius annos:  
Et tulit immensum vilis & eger onus.  
Sed modo cœlestē post funera sumptus in aula  
Gliscit: & eterna fertilitate viret.  
Sic quoq; defunctum post debita sæcula corpus  
Surget: & antiqua vestiet ossa cute.  
Tunc iterum notos animus labetur in artus:  
Altaq; terrestri vadet in astra pede.  
Nona pruinosi iam lux erat orta nouembris:  
Cum leuis ad patrem se tulit ymbra suum.

Vita Lodouici Moriboli

Lustra decem vitæ: binosq; peregerat annos:

Hec fuit humanæ meta suprema viæ.

Ante fores Petri gelidam conuersus in arcton:

Est locus antiquæ religionis opus.

Hic iacuit primum: post sex a funere menses

Erutus: & magna conditus eude fuit.

Hic noua concursu fiunt miracula magno:

Votaq; dāt sacro Felsina tota loco.

Qui venit egrotans: redit ad sua limina liber:

Et miseros homines ossa sepulta iuvant.

Loripedes: oculis capiti: nodisq; podagræ:

Diuinam illabi testificantur opem.

Summa virū probitas: simul & miracula sanctū

Esse probant: fidei si sit habenda fides.

Magne pater: qui res hominū specularis ab alto

Vertice consultes iudiciumq; feras.

Nam nihil atidendum temere: nec dicere sanctos

Conuenit: ascensum numinis ante tui.

Si tamen hunc liceat cœlestibus addere diuis:

Surgeret etatis gloria summa tuæ.

Sit tibi prosperitas te Nestoris: atq; Sibyllæ

Sæcula in eterni nectaris arua ferant.

Hactenus hec: olim cum nos donaueris virbe


Romulea: plectro te meliora canam.

FINIS.      hh ii

Miracula

Baptistæ Mantuanæ Carmelitæ.

Baptistæ Mantuanæ Carmelitæ Tho. De  
contemnenda morte Carmen.



Quid moeres/fatūq̄ times obliata tui mēs?

Stulta qd hoc tñ debile corp⁹ amas?

Dū trepidas/tu⁹ iste met⁹ mā viscera tor

Ex aio in corp⁹ labitur istet timor. (quet.

Aegra tutum pallet facies confessa dolorem.

Et confecta premit pectora frigus iners.

Desine tristari: non possidet omnia fatum.

Maxima pars rerum nil timet arina necis.

Nam deus imperium vitæ præstantius esse/

Atq; breues mortem iussit habere manus.

Corrupti Vnde solum subeunt mortem/subit ignis & aer.  
bilia Quæq; suo coitu quattuor ista ferunt.

At quia longe alio sunt edita semine semper

Incorrūptibilia Frons eadem cœlo sideribusq; manet.

Ipse tamen rerum pater omnia vertere posset

In chaos antiquum materiamq; rudem.

Sed diuina suis bonitas non inuidaribus

Omnia quæ fecit/viuere & esse finit.

Viuere & esse finit: proprijs quoq; vitibus vti.

Naturæq; datum robur inesse facit.

Quæ fecit mansura manent.& robore nullo

Confecta æternos sunt habitura dies.

De contemnenda morte Elegia

Quæ mansura minus morituraq; cōdidit /æui

Dentibus & morbo conficiente cadunt.

Quæ superant ignes iussit consistere semper:

Orbe sub extremo debile clausit opus.

Sunt igit: ut vitez latissima regna: sub astris

Imperat angustis mors inimica locis.

Omnia nec subter lunā sunt debita morti

Vita aliquid mortis de ditione rapit:

Nāq; hominū cum sint mortalia corpora :mētes:

Semina diuinæ simplicitatis habent.

Simplicitas mortē prohibet: quia nescia scindi.

Aia īmortalis

Se nequit in partes dissociare suas.

Principiis etiam non sunt ex quattuor ortæ.

Hoc deus ex nullo semine finxit opus.

Quid moeres / fatumq; times obliata tui mens?

Stulta quid hoc tantū debile corp⁹ amas.

Debile corpus amas: cuius sub pōdere pressa

Volueris in turpi vilificata luto:

Nec potes ad patrios tua tollere lumina cœlos.

Nesciaq; æterni cogeris esse boni.

Debile corpus amas: cui⁹ confortia in omne

Dedecus/in fordes :in scelus omne trahūt.

Mille per affectus ignominiosa malignos

Duceris/ut duro pressa iuuenga iugo.

h̄h̄m̄

Baptistę Mantuanī Carmelitę

Hac sub mole iaces sicut dixere gigantem

Strata sub ætnæo tendere membra solo.

Corporis illecebrę sed non intelligis hostes:

Sunt tibi quę incautam præcipitare solent.

Sic periiit primus primi pater accola mundi:

Et factus gustu est insidiante miser.

Aspice quot curas & quot reminiscere morbos

Ingerat hęc nobis vilis & ægra caro.

Qz facile in saniem fluat. & dapis indiga semp

Vrgeat ad dandam te sibi semper opem.

Languida segnis iners & semp proxima morti

Quod dolcas semper quodve queraris habet.

Quid mœres / fatumq; times oblita tuī mens /

Stulta quid hoc tantū debile corpus amas?

Te dominam fecit deus: & seruire parata es

Putribus his membris tabificoq; oneri?

Excutere/atq; tuas paulisper collige vires.

Iuraq; nature cerne superba tuæ.

Quis regit hos orbēs? q; s lucida sidera torquet?

Dicage quę vires corpora tanta mouent?

Ver autumnius hyems & torrida solibus æftas

Cur reddit? has verso quis facit orbe vices?

Corpora spiritibus sunt subdita: corpora vite

Ipsę agitant. coelos mens regit atq; rotat.

De contemnenda morte Elegia

Mens sedet in nitido sublimis vertice mundi:

Atq; suum vegetat cingit & implet opus.

Hæc ea quę senis res est operata diebus

Sola inter mentes ocia semper agens:

Ipsa suos alias mentes facit esse ministros:

Atq; opus imperio temperat omne suo.

Orbibus adiunxit mentes animasq; minores

Et docuit tanti iura ministerii.

Hæc facient inquit nebulas/hęc sidera ventos

Hic coitus fruges afferet ille famem.

Hæc quę bella mouēt/hęc astra ferentia pacē.

Illud cgestatem seminat illud opes.

Hęc sunt quę curas/hęc sunt q; gaudia mittūt.

Ista leuant homines altius/illa premūt.

Semina virtutum radiis oriuntur ab istis.

Turpis ab his vite nequiciosus amor.

Hęc est stella nocens dubiis hęc prospera regnis.

Hæc hominū vitas auferet/illa dabit.

Omnia mortalem variant quę sidera mūdū:

Aethereis fecit cognita spiritibus.

Sic dedit has animus leges artemq; mouends

Molis:& his mundū legibus astra regūt.

Corp' in hoc anim' missus, quasi cōsul in vrbē:

Intrat:& hęc animę machina parua subest.

Syderū  
vires

Baptistę Mantuani Carmelitę

Mentibus exilium dedit hoc deus vt iuga mūdi  
Iustitiae officiis & pietatis emanat.  
Vita hęc hippodrom⁹/ vita hęc est grāde theatrū  
In quo cuiq; suis dat sua iura labor.  
Quisq; sibi sudat. sunt qui se in fidera tollat.  
Sunt qui ad Plutonem prēcipitanter eant:  
Spiritibus maior datus vt maioribus orbis  
Sic animus seruat membra minorā minor.  
Ipse potest iras ganeā venieremq; domare.  
Et calcare suo turpia vota iugo.  
Te deus his igitur membris prēfecit/ vt omni  
Quod prohibent leges sedulitate domes.  
Tū vixes ne absconde tuas/neu cede labori/  
Ista est arbitrio cura relīcta tuo.  
Vt deus & cœli moles clementaq; maior  
Sic quoq; nos. mūdus dicimur esse minor.  
Nos inq; nā plura sumus: quę copula in vnum  
Cogit: & hic mundus dicitur esse minor.  
Omnia quę in mundo fieri maiore videmus  
In nobis simili cernim⁹ esse modo.  
Coriecur/atq; caput cœli: sunt sidera sensus.  
Est animus nobis cum ratione deus.  
Cetera si vigili studio quęsueris/intra  
Corporis humani membra. videbis agit.

De Cōtemnenda Mōite Elegia.  
Quattuor humores tibi siue elementa. quod exit  
Quattuorex istis corpora mixta voces.  
In genera & species redigas. sunt plurima vitæ  
Indiga. & in nobis est animæ omne genus.  
Sylua pili. genitale pecus. sunt aeris imbræ  
Pituitæ e summa quas pluit arce caput.  
Fulmen erit resonans ardor qui naribus exit.  
Et ventos stomachi venter/ & aliis habet.  
Vtq; deo in mundo superi maiore ministrant  
Hic tibi spirituum copia semper adest.  
Sunt & quos genuit iecur/ & qui corde creantur  
Quiq; in sublimi verticis arce sati.  
Hęc tibi virtutum sunt instrumenta tuarum.  
Et celeri quoq; mobilitate volant.  
Tu deus ergo tui tu prima potentia mundi.  
Atq; ita tu mundi lora minoris habes.  
Si vigil. atq; datis tibi legibus vtere : cœlos  
Suspice/ vt immotis legibus astra meant.  
Quid moeres/fatu⁹q; times oblitera tui mens?  
Stulta quid hoctantum debile corpus amas?  
Collige dispersos bona per mortalia seni⁹:  
Et noli infalsis degenerare bonis.  
Ad bona vera redi/quæ sunt coelestia:nec te  
Terreat intrandus pro pietate labor.

Baptistę Mantuani Carmelite

Certandum est, nulli veniunt sine Marte triūph  
Et nīsi certanti nulla corona datur.  
Est deus: est ether precium certaminis huius  
Hēc faciant pugnam prēmia tanta letem.  
Vadis in ethereos alacris post funera campos;  
Conuenit eternis mentibus ille locus.  
Cœlestes animæ sociam te in lucida tollent  
Atria: fœlices es habitura domos.  
A grauibus curis a sollicitudine longa  
In requiem venies pacificoſq; lares.  
Elysījs inter superos versabere campis:  
Subiectuſq; tibi totus olympus erit.  
Inter abundantes epulas & prandia lauta  
Nectareos laticeſ ambrafiamq; bibes.  
Talia cœlestis sonata ad cōiuia cantus/  
Et quod mota ferunt sidera dulce melos.  
Cum superis viues & cōregnabis olymbo  
Tanta futura tua est gloria: tantus honor;  
Hic eterna quies/hic est eterna voluptas.  
Vitaq; perpetuis accumulata bonis.  
Quid moeres? fatumq; times oblatā tui mens?  
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?  
Corporis interitum metuis/labor vltimus egrā  
Sollicitat mortis noīmen inane times;

De Cōtemnenda Morte Elegia.

Certum est in cineres corpus mortale reuerti:  
Sed tamen æternus non erit illc sopor.  
Sunt iterum nostræ redituræ in corpora vitæ  
Membraq; iuncturis restituenda suis.  
Et quid inepta timies? nō sunt i morte dolores,  
Si dolor in morte est/est timor ille dolor,  
Factimor absit/erit fatum sopor, atq; sepultis  
Corporis inualidi sensibus alta quies.  
Terrificam mortem facit ignorantia rerum.  
Quid timicat nescit qui sua fata timet.  
Languida nāq; potēs vbi vicere pectora langor  
Incipit/in toto corpore sensus hebet.  
Pugnaq; iam cessat/postq; natura veneno  
Cessit/& hostilis abstulit arma manus.  
Victa iacet virtus.sine vi subit atria langor  
Frigidus:& vitæ depopulatur opes.  
Mors vbi iam sua igna videt procul arce leuari/  
Ingreditur placido membra subacta pede.  
Langor enim cautus necis armiger impia furti  
Castra mouens hostes obsidione premit.  
Non tuba non litui non ærea cornua clamant,  
Nec faciunt yllos ora nec arma sonos.  
Miles vt ad muros queat improvisus adesse  
Ipse deus plantas iussit habere leuas.

Mors ca=ret dolor

Baptistę Mātuani Carmelitę.  
Castra necis sunt hęc, hoc milite bellat acerbus  
Langor: & obscuram mittitur ante necem.  
De fragili velox animae fuga corpore mors est  
Expectanda magis q̄ metuenda viro.  
Quid moeres fatumq; times obliata tui mens?  
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?  
Sc̄uola cōtempſit mortē / contempſit Achilles.  
Et clari ac fortis magnanimiq; duces.  
Illi etiam quibus ē vitæ spes nulla futuræ:  
Qui fidei nostræ religione carent,  
At tu cui sacro caput est in flumine lotū:  
Et quæ clara nouæ lumina legis habes:  
Funera formidas, & scis de funere nasci  
Vitæ aliud preſtans eximiumq; genus.  
Sitamen in fa to dicas signa esse doloris:  
Quæ moueant fortes magnanimosq; viros:  
Namq; oculos atq; ora modis se inflectere nitis  
Mortis in horrendo vidimus introitu:  
Accipere in veram: falsis nec frangere formis:  
Neu paureas instar desipientis anus.  
Si qua ferunt egri vicinæ in limine mortis  
Non facit immanis talia signa dolor.  
Occurrunt variae quasi somnia vana figuræ  
Perturbantq; animos / incutiuntq; metum.

De contemnenda morte Elegia  
Proprerea multos speculis audiūmus altis  
Sæpius & summo defiliisse loco.  
Hoc facit illudens fallacis imaginis error:  
Non veniens morbi de grauitate dolor,  
Et stipulas quando subeunt incendia torto  
Stipite tristitiam significare putas,  
Quid moeres fatumq; times obliata tui mens?  
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?  
Quare ita degeneras vt ames mortalia tantū?  
Nec yideas ortus principiumq; tuum?  
Igneum cum tibi sit vis & cœlestis origo:  
Quid cupis hac lutea degere clausa domo?  
Quid tibi cum saxis: quid cū tellure lutoq;  
Ipsa dei vultus effigiemq; geris.  
Ista relinquē feris: tua sunt cœlestia tecta  
Non patria est nobis terra: sed exilium.  
Quid precor exilium patrię preponere mauis?  
Cæcaq; terreni carceris altra patis?  
Dulce est ad veterum cœtus migrare parentū  
Tam celebri insignes cernere laude viros.  
Quæ iucunda magis cerni spectacula fas est  
Q; spectare uno secula cuncta loco?  
Quod si forte caue metuis tormenta gehennæ  
Et stygis ardentes ne patiare lacus?

Baptistę Mantuani Carmelitę

Scire deum debes nobis mortalibus hostem

Non fore: inhumanum nō decet esse patrē.

Vt decet esse piūm/sic est pius esse putandus.

De⁹ pius Qui putat īitem/non putat esse patrem.

Non putat esse deum. quis em̄ confenserit illū

Esse deum demens quem neget esse piūm!

Est deus omne bonū. de⁹ est quęcūq; putātur:

Optima. sed melius quid pietate dabis?

Quid mōeres/fatumq; times oblita tui mens?

Stulta quid hoc tantum debile corp⁹ amas?

Expectat te summus apex. tc regia cœli

Clamat/ & æterni curia sancta patris.

Dic age/iacturā quid amas? tua dāna qd optas?

Nonne putas sum/no damna carere bono?

Dic age quid trepidas mea mens in amica venire

Atria? quid poenam suppliciūq; times?

Quantumcūq; grauis fueris tibi conscientia culpe?

Corde dole: crūmē diluit omne dolor.

Scimus enim quę sit nostri clementia patris.

Qz facili no. tras audiāt aure preces.

Corda deo dabimus. lachrymisq; litabimus illi.

Nulla accepta magis sunt holocausta deo.

Siluges/pater indulgens tua debita soluit.

Vult humiles animos vult pia vota deus.

De contemnenda morte Elegia

Grata deo non sunt fumantia tura/nec aræ

Nec sacra/si cordis religione vacent.

Virga recens zephyris/neruo curuabitur arcus.

Igne chalib⁹/ Adamas sanguine: corde de⁹.

Cedite terrenæ tñr pīssima vincula curæ.

Cedite nec mentes sollicitate pias.

Fama/voluptates/honor/atq; potentia & om̄s

Fortunę & fato subiiciuntur opes.

Hęc sunt quę incautas rapiunt in tartara mentes.

Ista solent nostros illaqueare pedes.

Hęc pereunt. Tu sola manes. Tu nata tonātis

Mens mea. fronte hilari regna paterna pete.

In gremium patris atq; sinus & in oscula curre.

Surgit in amplexus regia tota tuos.

Serta parant capiti. radiis illustris & auro

Ibit ad extremos candida læna pedes.

Omnia in aduentu miraberis agmina diuum

Conuersa in plausum lætitiamq; tuo.

Talis enim sanctos pax & concordia ciues

Iungit: vt in pelagus grande redun det amor

Propria virtutum variant insignia quoſdā.

Sed proprium charitas nil tamen esse finit.

Vt communis amor/sic & cō nūnia cunctis

Quonia/perfecto nil in amore suum.

Baptistæ Mantuani Carmelite

Quid moeres! fatūq; times oblitia tui mens?  
Stulta quid hoc tantum vile cadauer amas?  
Ergo libens & sponte pedē trans limina mortis.  
Porridge, nec fati nomen inane time.

FINIS.

Baptistæ Mantuani Car. ad beatā Virginē Votum

**M**D tua confugio supplex altaria virgo.  
Et sero nocturnas in tua tépla p̄ces.  
Tun̄os etm̄ potis es depellere morbos.  
Aegraq; de tepido membra leuare toro.

Tedcus & terre fecit: cœliq; potentem:  
Et tibi cocytus cum phlegethone subest.  
Signa tenes regni: fuluum caput induit aurum:

Virgineam decorat regia virga manū.  
Albicat intacum, níceo velamine corpus:  
Et tenuem pingunt aurea mala togam.

Aurea non sterilem demonstrant mala puellā:  
Incīcum candor virginitatis habet.

Hec duo significant: quis natura repugnat.

Qzparis illesa virginitate deum.  
Lucida bisseno tibi frons inneditur astro:  
Atq; sedes alto glorificata throno.  
Sole mucant humeri fugientibus vndiq; flāmis:  
Et niuos vestit candida luna pedes.

Votum ad Diuam Virginem

Maxima spirituum legio tibi seruit: & vltro

Cœlestes volitant ad tua iussa chori.

Tu nostros igitur potis es depellere morbos:

Aegraq; de tepido membra leuare thoro.

Cerne meos ergo gemitus: miserere dolorum.

Non licet afflictas dissimulare preces.

Luce gemens iaceo resonant suspiria nocte:

Totaq; continuus tempora langor habet.

Arida conuellit feraens p̄cordia febris.

Et phlegetoneo me coquit igne focus.

Renibus ethna subest: Borcas incendia flatu-

Suscitat: immensus deuorat ossa calor.

Aret & exusto tabescit lingua palato:

Siccaq; compressis fauibus ora tacent.

Fessus hiat pulmo: temerem vix attrahit auram:

Raucaq; languenti guttura voce sonant.

Flagrat dira sitis: quam non extingueret hebrus

Cum gelido hybernas colligit amne niues.

Soluitur in cineres exhausto sanguine corpus:

Et parat arsuro tabida membra rogo.


Aeger: solus: inops: aliena ignotus in vrbe

Conqueror & mecum tristia fata gemo.

Auxilium medicina negat: natura dolori

Cedit: & amissore robore victa iacet.

Baptiste Mantuani Carmelite  
 Non me Philliridæ possunt nō Phasidos herbe:  
 Soluere: non Coiprouida cura senis.  
 Non mihi Circum cämen non Pæonis artes;  
 Non pariet Delos: non Epidaurus opem.  
 Qualis in equoreo puppis quassata tumultu  
 Cum bibit admissum scissa carina fretum:  
 Talis ego immensa mortbi sub mole sculptus  
 Non procul extremum suspicor esse diem.  
 In scopulum fracta si quis rate pulsus ab vndis  
 Expectet nautæ prætereuntis opem:  
 Vedit vbilato nullam prodire salutem  
 Aequore: sopit iners tristia corda gelu:  
 Sic mihi qui non sum medica sanabilis arte  
 Opprimit exanguis pectora moesta pauor.  
 Ad superos clamo supplex & numina planctu  
 Sollicito diuos in mea vota yoco.  
 Sed te præcipue diuorum maxima virgo:  
 Mitis in humanum quæ genus esse soles.  
 In nos magna tuis sunt experimenta fauoris;  
 Et pietas omni iam tua nota loco est.  
 Erue me tantis igitur regina periclis:  
 Et laceræ sparsas collige nauis opes.  
 Mox ut liber ero lauretia templa reuisam;  
 Et tibi de nostro carmine munus erit.

Votū Et De Io. Baptista Carmen  
 Carmine persoluam grates: & carmine laudes:  
 Carmine diuinum testificabo opus.  
 Hæ mihi diuitiae quis mihi paupere vena:  
 Caftalio tenuis riuis ab amne fluat.  
 Ter tibi lucentes sacrūm ponetur ad aras  
 Iunctaq; cum dulci mistyca lyba mero.  
 Et tua progenies duplici sub imagine sacrum  
 Fiet: & hæc nostræ causa salutis erit. Telos:  
 Baptiste Mantuani Carmelite In Laudem  
 Ioannis Baptiste pro natali Carmen.  
  
 Gnifer eterna Iuuenis dignis  
 sine vita/  
 Ante deum præco lucifer  
 ante diem  
 Nam puerum supra puerilem  
 gratia sensum  
 Te tulit vt fieres nuntius ante deum.  
 Sancta tuis hodi ie libamina ponimus aris:  
 Et damus in festos tura sabea focos.  
 Scilicet vt vita casus expertus iniquos  
 Auxilio generis sis memor esse tuo.  
 Hæc est illa dies/qua primæ gaudia prolis  
 Accepit senio fessus vterq; parens.  
 Magnus es. & sancti retines loca prima senatus:  
 Et prope virginem crederis esse latus.

Baptiste Mâtuani Carmelite.

Et sibite presert. nisi sunt oracula vana;

Omnis in ethere a sancta ceterua domo;

Nec putat indignum toti qui presidet orbi

Quia iuuenis tetricos poneris antefenes.

Illic in precio virtus. contemnitur aetas.

Nec quantum sed quo vita sit acta modo.

Iure igitur propter meritum preclaraque gesta

Te decorat primo turba beata loco.

Ad te virginea venit puer insitus aluo:

It fine vocali protulit ista sono.

Nascere magne puer: propera dignissime yatum;

Secta noua & legem nuncia adesse nouam.

Et genus humanum veracibus argue dictis

Et solymas gentes ad vada sancta voca.

Divinitas alijs perituraque regna relinque:

Et nisi coelesti non moueare bono.

Præmia terrena mentes terrena sequantur.

Regra manent alio nos meliora loco.

Noxia multiuolæ fugias confortia turbæ.

Sit tua sylua dominus. terra cubile tuum.

Hispida sylvestris tibi dent velamina capræ:

Squaleat intonsis os iuvenile comis.

Accole iordanis fruticantia flumina: tollat

Vinda sitim: gramen siue locusta famem.

De Ioanne Baptista Carmen

Vade prior: precede meos noui lucifer ortus;

Iam meus aurore lumen pulsat equus.

Ibimus & cæcum simul illustrabim' orbem

Luce noui solis sideribus p' nouis.

Dum complexa senem mater virgula matrem

Colloquitur puer tradidi ista puer.

Dum populo sacri caneres noua dona lauaci.

Ad vada que geminis multiplicantur aquis,

Ille puer factus iam corpore maior & annis

Supposuit digitis ora lauanda tuis.

Iure igitur tua nunc adeunt altaria turbæ:

Et tibi iure dies ista dicata fuit.

Nam deus illorū ne sint iubet irrita vota!

Arma clientelæ qui subiere tue.

Nos quoque ne mores damnare putemur autos.

Verbenis gerimus tempora cincta tuis.

Sic faueas nobis vt te veneramur oportet:

Nec precibus debet villa repulsa dari.

Exotare: faue miseris. pia vota secunda.

Voce oculis tibi cor supplicat atque manus.

Ista dies aliis facit felicior. ad sis.

Omnibus. & clemens ad tua templa veni.

Sitamen est quisque qui orare procaciter ausit?

Auferat indiginas mobilis aura preces.

Baptistæ Mantuanæ Carmelite  
Hic petet annosæ longissima tempora vite/  
Alter amicitiam principis: alter opes.  
Forte erit & vetitos demens qui querat amores/  
Et dominam mitem postulet esse sibi.  
Parce iuuentuti: sed luxuriantia muta  
Pectora: fert iuuenes impetus atq; furor.  
Orabit pluuiam rapido qui leditur æstu.  
Forsitan hoc omnes fœmina virq; volent.  
Vix ferimus rapidi flagrantia sidera cancri.  
Nec pater extinguit Iuppiter illa tuus.  
Iam renouat veteres tellus exusta querelas:  
Et pueri currus extimat esse datos.  
Arescunt gelidi fontes: moriuntur & herbe.  
Perdidit infelix pascua læta pecus.  
Huncigitur minui siq; roga imbrib' æstu/  
Agnifer illius sunt bona vota/faue.  
Des petit absentis redditu noua nupta mariti:  
Et gemit:& supplex ora pudica mouet.  
At mulier grauida que pignora sustinet alio:  
Nonaq; iam celeri luna propinquat equo/  
Da facilem dicit iuuenis sanctissime partu.  
Ponere cum ventris pondera temp<sup>o</sup> erit.  
Languor us auxilium medicæ cui deficit artis:  
Te vocat: & tremulis vocibus ambit opem.

Contra impudice scribentes Carmen  
His ego non moueor: nec me terrena remodet  
Cura polos vltra mens animosa volat.  
Hec aliis dentur: meus it sublimius ardor.  
Et bona contempto vult meliora solo.  
Vna potens res est me reddere sola beatum:  
Quæ tibi per versus fiet aperta duos.  
Esse tuo coram vultu deus optime rerum  
Semper & aspectu liberiore frui.  
Hoc peto. tu sanctos iter dignissime ciues  
Hoc hodie votum ne sit inane/faue.  
Sit puerile licet/gratum tamen istud habebis  
Carmen:& vt venias in mea vota precor.  
Baptistæ Mantuanæ Carmelite Theologi. Cōtra  
Poetas impudice loquētes CARMEN.  
 Vnt qbus eloqui daf aurea vena poetæ  
Sed cadit in fordes: inficiq; luto.  
Nā cypriæ curas & solertia gaudia ponūt  
Claraq; tam foedo mergitur vndalacu.  
Hoc dec<sup>o</sup> hoc animis carmē coelestibus aptū:  
Rebus in immūdis degenerare nephias.  
Dona dei carmen nitidum: facundia prestans  
Mittitur ex astris: a superisq; datur.  
Est tuba Romanæ fidei legumq; poesis  
Quæ canatheroo sacra deumq; pede.

Baptistē Mantuāni Carmelite  
Carmina quę sanctos deus ipse parauit ad v̄sus  
Impia mortiferi criminis arma facis?  
Quid maculas turpi diuina libidine dona?  
Quid teris immūdo munera tanta pede?  
Nō ita Hieremias docuit, non thracius orpheus:  
Non ita Iessci regia musa senis.  
Sancta prophanari scelus est delebile multo  
Verbere: supplicio culpa pianda graui.  
Vita decet sacros & pagina casta poetas:  
Castus em̄ vatum spiritus atq; sacer.  
Si proba vita tibi lasciuiaq; pagina: multos  
Efficīs incestos: in veneremq; trahis.  
Verba mouent animos. oris lasciuia pectus  
Pulsat: & in venas semina mortis agit.  
Improbis has sordes in carmina semiuat orch;  
Cui studium mentes cōmaculare ipias.  
Non secus ac vitreum si quis vult lēdere fontem.  
Proiicit in dulces putre cadauer aquas.  
Hoč animaduertas quicūq; poemata condis  
Est opus: a stygio fer procul amne pedem:  
Pellephatrat i cum matre cupidinis arceum:  
Atq; dioneo subtrahi colla iugo.  
Mater adulterii venus est stupriq; repertrix:  
Atq; lupanari fornici busq; fauet.

Contra Impudicos Poetas Carmē,  
Casta dei genitrix, castus regnator olympi:  
Mens capit ambrofias non nisi casta dapes.  
Lex venerem festis vetat exercere diebus.  
Sacra ministrorum corpora casta volunt.  
pierides castae, castae libetrides vnde.  
Tota pudicitiam vera poesis amat.  
Est helicon virgo: virgo Peneia daphne.  
Castalides aiunt virgine matre satas.  
Ite procul veneris vates heliconis ab amne.  
Virgineus vestro lēditur ore liquor.  
Non hederæ vobis: phœbi non conuenit arbor.  
Non amat incestas casta corona comas.  
Taxus olens: eruca salax: grauis herba cicutæ:  
Sordidulos vates talia ferta decent.  
Salmacis est vobis Helicon, date vota Priapo.  
Hellespontiacis ponite tura foci.  
Sit liquor Asphalti vobis pro Phocidis vnda:  
Stringit vbi infames sulfuris ardor aquas  
Define: pone lyra ma vates insane: nec vltra  
Cum stygijs Dircēs flumina iunge vadis.  
Prostituīs musas meretricis imagine factas  
Ante cauernosi fornīcis antra locas.  
Frangis honstatem frōtis: gremiumq; finūm q;  
Soluis: & infames mittis in ora modos.

Baptiste Matuani Carmelite  
Omnia das turpi misis loca sacra Diones  
Atq; pudicitiae non finis esse locum.  
Propterea merito pro vate vocabere leno  
Elogio sceleri conueniente tuo.  
Silegeret casu spurcum Lucretia catmen:  
Contereret presso carmina lecta pede.  
Quod prohibet fieri: quod vult natura taceri  
Promis: & urbanum mellifluumq; putas.  
Falleris. haud aliter q; qui pro piscibus hydros  
Pro violis tribulos aut aconita legit.  
Id canis a sola quod sit meretrice videndum:  
Quod nisi lasciuo non queat ore legi.  
I procu a grauium coetu scelerate virorum.  
Fer procu a sacra religione gradum.  
Hec leuitas graibus fit perniciofa poetis:  
Namq; leues studio credimur esse pari.  
Non bene de fidei rebus sentire putamur.  
Innocui culpae ledimur en se tuæ.  
Hi veriti non sunt sanctas per scorta forores  
Ducere: & ad tantum sollicitare nefas.  
Vina Mimalloniae vobis dant cretica Bacchæ:  
Et vetat in fundis ordida thyas aquam.  
Tale docet Semeles puer & lemargia carmens  
Bacchidas: & venieres: ista poesis olet.

Contra Impudice scribētes Carmē:  
Castalium veri potant non vīna poetæ:  
Sobrietas fons est ebrietasq; merum.  
Qui bibit assidue gelidis de fontib<sup>9</sup> vndam:  
Et vitreo siccām diluit amne sitim:  
Carmina casta facit: Veneris commercia vitat:  
Nec mouet ad versus ora pudica leues.  
Vīna iocosq; canunt Veneris Bacchiq; poetæ,  
Quod latet in vapido pectore carmen olet.  
Hi sunt quos statuens sancti consortia coetus  
Esse procul iusta iussit ab vrbe Plato.  
Fautores scelerum corruptoresq; iuuentæ  
In mala deceptum plurima vulgus agunt.  
Dumq; licere voluit suasit quæcunq; voluptas:  
In moris aciunt spicula multa pios.  
Improba garrulitas verbisq; procacibus ardens  
Seminat in sanctam noxia verba fidem.  
I miser: & veniam superos pro criminē posce  
Anteflagellati vulnera quinq; dei.  
Voce/genu flexo/lachrymis/& pectore tunso.  
Fletibus.erroris damina repende tui.  
Carmine qui celeb rat yesana cupidinis arma  
Et Veneri neruos ingeniumq; dicat:  
Hici acit in saniem violas: in stercus amomum:  
Atq; sub obſcēnos lilia yernia ſuēs,

**Argumē  
ta poeta-  
rum**

Baptistē Mātuani Carmelitē.  
Sulphuream lethies haurit de fontibus vndam.  
Et stygiam lato gutture potat aquam.  
Se facit indignum superos qui cernat & astra.  
Nam miser in solam lumina vertit humum.  
Transfugit a superis ad limina Ditis:& ardet  
Gaudia contempto luxuriosa deo.  
Est opus ardenter frenis arcere iuuentam:  
Nec sinere in mores luxuriare malos.  
Collige terrenis mixtum de sordibus aurum:  
Gemmaq; in illustri splendeat ista loco.  
Est deus: est trinum semper laudabile numen  
Vnde trahunt rerum semina prima genus.  
Spirituum siboles cœliq; decemplicis astra:  
Astrorumq; vices multipliceſq; viæ.  
Sunt animæ diuum nitidum quibus ethera virtus  
Donat:& hos sanctos indigetesq; vocant.  
Et quæ materiam præbent elementa eaducis  
Rebus:& eterne dant alimenta neci.  
Sunt erebi manes:sunt tartara nigra: lacusq;  
Sulfurei:& nigræ regna profunda Iouis.  
Sunt loca pœnarum:sunt altæ ergastula mortis:  
Sub quibus eterno lucifer igne calet.  
Sunt scelerum pœnæ tormenta q; debita nostris  
Sordibus.& Venericarmenibusq; tuis.

Contra impudicos poetas Carmen  
Sunt ea quæ profert aer:quæ parturit & quor.  
Quæ generat pingui dædala terra finu.  
Multicolor facies agri sylueq; comantes.  
Multisonæ volucres:multiuageq; feræ.  
Sunt sophiæ partes:est ingeniosa Mathesis:  
Verbaq; clamofili litigiosa fori.  
Sunt hominū vitæ:sunt digna negocia versu.  
Plurima gesta foris:plurima gesta domi.  
Collige diuorum mortes:& fortia facta.  
Inclyta martyrii bella rubentis habet.  
Iugera multiferæ tibi sunt telluris & horti:  
Nauigium/merces veliuolumq; inare.  
Sunt tibi pampineo vestiti palmitæ colles:  
Sunt iuga:sunt valles:multicomūq; nem.  
Arua, lacus, yrbes, castella suburbia, villæ.  
Sunt cœua: sunt tenui flumina pressa vado.  
Elige de multis aliquid:tibi copia rerum  
Maxima:materiæ carminis ista feren.  
Nata freto,Venus est:venereq; sub equora mitte  
Infima qua nigris pallet abyssus aquis.  
Id cane quod tetrici possint audire Catones.  
Quod pbet Hippolyti Penelopesq; pudor.  
Tunc ego te yatis dignū cognomine dicā.  
Tunc tua cantari digna poctis erit.

Baptistę Mantuanı Carmeliteę  
Tunc helicona bībes: castifq; rigabere lymphis.  
Si venus in verfu non erit vlla tuo.  
Finis. Romę die xx. octobris. M. cccclxxxvii.  
Impressi rursus in edib; ascensianis  
Anno MDVII ad calen. Iulias.

